

scilicet sepe utuntur conversi nostri, qui, nobis psallentibus atque cantantibus, operibus manuum insistunt. non enim, nisi in diebus dominicis magnisque sollempnitatibus et diebus jejuniorum, missis sive horis canonicis interesse tenentur, et reputatur eis pro orationibus labor manuum suarum. — (66^d) sepe enim, ut in festivitibus, ante mediam noctem surgimus ad confitendum Domino, et nonnunquam, sicut bene nostis, tempore estivo in crepusculo ipsius noctis. quantus clamor fiat in confessione ejusdem laudis psallendo, legendo atque cantando, experientia nos docet quotidiana. quod autem dicit:¹ ‚preveni² in maturitate‘, ad eos pertinet, qui ex nimio fervore devotionis ante alios festinare solent, quotiens campana pulsante ad chorum eundum est. quorum fervor satis confundere deberet eos, qui nunquam pene chorum intrant nisi signo hore illius relicto. — quidam in divinis laudibus tam devoti sunt et tantum dulcedinis illic percipiunt, ut etiam nature vim facientes infra matutinas pene nunquam egrediantur; aliis juxta stantibus duabus aut tribus vicibus vel quantum ordo permittit exeuntibus, magis ad deductionem temporis quam ad necessitatem nature. — quidam multa devotione impellente sic laborant in psalmis, ymnis et canticis clamando, ut raucescant voces eorum; fortioribus vix ad paucos versiculos ora sua aperientibus. — (69^e) multa horum (superbia) vidimus et au(69^d)divimus plura. — (70^a) *sed tanta est hodie malitia quorundam hominum, ut nulli ordini nullique professioni parcant, et ita compelluntur claustrales tam secularia quam spiritualia querere judicia et in illis contendere. — ut enim taceam de secularibus, vix possunt hodie in ecclesiis Christi sine contentione periculosa et partibus dissidentibus sive episcopi sive prepositi et decani eligi.* propter quod multa scismata et rerum dispendia fiunt in ecclesia Dei. ad hoc periculum amovendum instituit ordo Cisterciensis, ut in abbatum creationibus patres abbates auditis votis eligentium sine contradictione abbates novos instituant. — (74^d) Bezug der Horen zunächst auf das Alte Testament,³ z. B. laudes: media nocte percussa sunt primogenita Egipti. — in vigilia matutina submersit Deus Pharaonem et exercitum ejus in mari

¹ Psalm. 118, 147.

² perveni Hs.

³ Vgl. zu den folgenden Deutungen der Horen Anz. f. d. Altert. 7, 241 ff.